

T H E S I S I

DE homine, quatenus homo, quaedam Scientia est, homini, si qua alia, maxime digna. (2) quam Physicæ universa partem recte agnoscimus. (3) Eamq; dignitate facile primam; (4) ordine vero postremam.

[Scientia inquam est; cum nihil desit eorum, quæ *περαγυγ-
ζυκῶς* (ut Eustach: loquitur) ad eam pertineant. (2) Physicæ autē pars est; per reductionem subjecti particularis in commune & adæquatum v3. corpus naturale. (3) dignitas ex subjecto patet, & ab Arist. 1. de an. cap. 1. satis celebrata. (4) de ordine res nota est ex Methodi ratione ac consuetudine philosophantium; à qua Keckermannum frustra abire, alibi diximus.]

θ. 2. *Subjectum ejus est homo ipse, nempe quatenus animal rationale.*

[*Rationale* autem hîc accipio, quemadmodum mobile in subjecto Physicæ generali. nimiram, ut non ad eò denotetur affectio & actus rationalitatis, quam principium ipsum; quo eodem sensu dicimus, *animal Intellectivum*. (2) Subjectum inquam, *homo* est, non anima. Homo n. est qui intelligit, etsi per animam intelligat. Quæ subjecti constitutio non prætermittenda fuerat Kko. Quâq; posita, statim apparet alienum ab hoc loco esse, quod ille pag. 466. & seq: de sexu differit, accommodatione ipsius doctrinæ ad masculam. istud enim quicquid est, ad *quasi* specierum pertinet considerationem. Hîc de essentia ipsa quærimus, absoluta inquam ab his sexuum differentijs: imò ab generatione seu ortu ipso. Cui considerationi vox *Existentiæ* magis competit quam sexui. unde Kkus ipse pag. 474. *Existentiæ* hominis causas & principia allaturus, efficientem producit, & disputare incipit de hominis generatione. Quam peculiari tamen tractatui servavit Aristoteles; & recte.

θ. 3. *Principia, eorumq; ratio unionis, & natura hodiè fere nota; quamq; si opus sit, ex affectionibus & actionibus præcognitis elicere promptum sit.*

A

[Per